



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 4. Ordo Eremitarum S. Hieronymi institutus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** Eodem anno Henricus Alphonsi frater e Castellano carcere dimissus referatur, cuius libertatem Carolus *Nobilis* Navarræ Rex indefesso studio promoverat, hoc ipso tamen anno die octava Septembris ex hac vita migravit, Pompejopolis sepultus. Successit ei Blanca illius Filia, necnon Joannes hujus Maritus, ac Regis Arragoniæ frater.

## §. IV.

*Ordo Eremitarum S. Hieronymi institutus.*

**Onuphr. in Chron. Mau-rot de Ord. Relig.** Sub idem tempus Lupus ab Oliveto, natione Hispanus, Romæ in conventu S. Alexii Ordinem Hieronymitanorum, seu Eremitarum D. Hieronymi instituit. Is antea erat supremus hujus Ordinis Præfectus, qui ad Carthusianos transiit, sed paulo post ad priorem rediit statum. Lupus D. Hieronymi libros sedulo scrutatus, ex illis, ac præcipue ex ejus epistolis particularem concinnavit Regulam, quam Pontifici, cui in paucis carus, & quondam Parisiis ejusdem studii socius erat, exhibuit, supplicans, ut Ordo suus, relicta S. Augustini, quam hucusque profitebatur, regula, illam ex D. Hieronymo collectam auctoritate Pontificia amplecti posset. Annuit Papa, sed Lupus Religiosos suos graviter reluctantibus expertus,

ab

ab eorum societate sese segregavit, atque **Sæcul. XV.**  
 in æde S. Alexii juxta instituti sui nor- **A.C. 1425.**  
 mam vixit; quam ob rem Pontius Tar-  
 raconensis adversus eum strinxit cala-  
 mum. Sunt, qui referunt, Lupum jam  
 Anno Domini millesimo quadrageentesi-  
 mo vigesimo tertio Hispali in Hispania  
 Congregationis suæ prima jecisse funda-  
 menta, eamque D. Isidori Congregatio-  
 nem appellasse, eoquod Conventus ille  
 hoc nomine antea insignitus esset; hoc  
 autem anno Papam illi monasterium **S.**  
**Alexii Romæ dono dedisse narrant. U-**  
**traque autem Congregatio postmoduni**  
 sub Gregorio XI. in unam coaluit. Ceterum  
 varios sermones conscripsit Lupus, qui  
 tamen typis excusi non sunt.

## §. V.

*Reformatio Cisterciensium, & S. Claræ  
Monialium.*

Pari studio Martinus Vargas, Theolo- **Aub. Mir.**  
 giæ Doct̄or ex Monasterio Petræ in **lib. 5. c. 4.**  
 Arragonia S. Bernardi Congregationem **Surius in**  
 erexit in Coenobio Montis Sion prope To **Martyr.**  
 letum, ubi duodecim Religiosorum ope- **Instrum.**  
 ra adjutus, Ordinem Cisterciensium ad **apud Bol-**  
 veterem disciplinam revocavit. Success- **land p. 535.**  
 u temporis hujus Congregationis Alumni  
 Complutense ac Salmanticense Collegium  
 acceperunt.

L 1 3

Eodem